Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium cisterciense, guilelmitanum - Cod. St. Blasien 16

[Südwestdeutschland], [um 1424 - 1426]

Nachträge

urn:nbn:de:bsz:31-48804

Visual Library

quiescam donec egrediatur ut
splendor iustus eius et salvator
eius ut lampas accendatur. Et
videbunt gentes iustum tuum et
cuncti reges inclitum tuum. Et
vocabitur tibi nomen novum quod os
domini nominavit. Et eris corona
glorie in manu domini et dyadema reg-
ni in manu dei tui. Rx. alia
Non vocaberis ultra dere-
licta et terra tua non vocabitur
amplius desolata. Sed voca-
beris voluntas mea in ea et ter-
ra tua inhabitabitur. Quia
complacuit dominus in te et terra tua
inhabitabitur. Habitabit
enim iuvenis cum virgine et
habitabunt in te filii tui. Et
gaudebit sponsus super sponsam
et gaudebit super te deus tuus. Sup-
er muros tuos ierusalem constitui custodes
tota die et tota nocte in perpetuum
non tacebunt. Qui [illegible] reminisci-
mini domini ne taceatis et ne detis
silentium ei donec stabiliat et donec
ponat ierusalem laudem in terra. Gloria

Deus creator omnium polique
rector vestiens diem decora
lumine noctem soporis gratia.
Artus solutos ut quies red-
dat laboris usui mentesque
fessas allevet luctusque solvat
anxios. Grates peracto iam
die et noctis exortu preces
voti reos ut adiuves hym-
num canentes solvimus.
Te cordis yma concinant
te vox canora concrepet te
diligat castus amor te mens
adoret sobria. Ut cum profunda
clauserit diem caligo noctium
fides tenebras nesciat et nox
fide reluceat. Dormire
mentem ne sinas dormire
culpa noverit castis fides
refrigerans somni vapore
temperet. Exuta sensu lubrico
te cordis alta somnient ne
hostis invidi dolo pavor quietos
suscitet. Christum rogemus et
patrem Christi patrisque spiritum unum
potens per omnia fove precan-
tes trinitas. Amen

Eterne reru(m) conditor nocte dieq(ue) qui regis et tempor(um) das
tempora ut alleues fasti
diu(m). Preco diei iam sonat
noctis profunde puigil
nocturna lux uiantibus
a nocte noctem segregans
Hoc excitatus lucifer
soluit polum caligine hoc
omnis erronu(m) chorus uiam
nocendi deserit. Hoc nau
ta uires colligit pontiq(ue)
mitescunt freta hoc ipsa
petra ecclesie canente
culpa(m) diluit. Surgamus
ergo strenue gallus iacentes
excitat et sompnolentes
increpat gallus negantes
arguit. Gallo canente
spes redit egris salus
refunditur mucro latronis
conditur lapsis fides reuer
titur. Ihesu labentes res
pice et nos uidendo cor
rige si respicis lapsos sta
bunt fletuq(ue) culpa soluitur.
+ Tu lux refulge sensibus
mentisq(ue) sompnum discute
te n(ost)ra uox primu(m) sonat
et ora soluamus tibi. Deo
patri sit gloria et soli filio.

Ad laudes primus.

Splendor paterne glorie
de luce lucem proferens
lux lucis et fons luminis dies
dierum illuminans. Uerusq(ue) sol
illabere nitens micore perpeti
iubarq(ue) sancti spiritus infunde nostris
sensibus. Uotis uocemus et
patrem patrem perennis glorie
patrem potentis gratie culpa(m)
releget lubricam. Informet
actus strenuos dentem retu(n)
dat inuidi casus secundet asperos
donet gerendi gratiam. Mentem
gubernet et regat casto fideli
corpore fides calore ferueat
fraudis uenena nesciat.
Christusq(ue) nobis sit cibus potusq(ue)
noster sit fides leti bibamus sobriam
ebrietatem spiritus. Letus dies hic
transeat pudor sit ut dilu
culum fides uelud meridies
crepusculum mens nesciat. Au
rora cursus prouehit aurora
totus prodeat in patre totus filius
et totus in uerbo pater. Deo patri sit.

Iam lucis orto sidere
deum precemur supplices
ut in diurnis actibus nos ser
uet a nocentibus. Linguam
refrenans temperet ne litis hor
ror insonet uisum fouendo
contegat ne uanitates hau
riat. Sint pura cordis in
tima absistat et uecordia
carnis terat superbia potus
cibiq(ue) parcitas. Ut cum dies
abscesserit noctemq(ue) sors re
duxerit mundi per abstinentiam
ipsi canamus gloriam. Deo
patri sit laus et gloria eiusq(ue) soli filio

tu spiritu paraclito et nunc et in perpetuum Amen.

Ad terciam ympnus.

Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum filio dignare promptus ingeri nostro refusus pectori. Os lingua mens sensus vigor confessionem personet flammescat igne caritas accendat ardor proximos. Gloria patri piissime patrique compar unice cum spiritu paraclito regnans per omne seculum Amen.

Ad sextam ympnus.

Rector potens verax deus qui temperans rerum vices splendore mane illuminas et ignibus meridiem. Extingue flammas litium aufer calorem noxium confer salutem corporum veramque pacem cordium. Gloria patri pi.

Ad nonam ympnus.

Rerum deus tenax vigor immotus in te permanens lucis diurne tempora successibus determinans. Largire clarum vespere quo vita nusquam decidat sed premium mortis sacre perhennis instet gloria. Gloria patri piissime.

Ad vesperas ympnus.

Deus creator omnium polique rector vestiens diem decoro lumine noctem soporis gratia. Artus solutos ut quies reddat laboris usui mentesque fessas allevet luctusque solvat anxios. Grates peracto iam die et noctis exortu preces voti reos ut adiuves ympnum canentes solvimus. Te cordis ima concinant te vox canora concrepet te diligat castus amor te mens adoret sobria. Ut cum profunda clauserit diem caligo noctium fides tenebras nesciat et nox fide reluceat. Dormire mentem ne sinas dormire culpa noverit castis fides refrigerans somni vaporem temperet. Exuta sensu lubrico te cordis alta somnient ne hostis invidi dolo pavor quietos suscitet. Christum rogemus et patrem Christi patrisque spiritum unus potens per omnia fove precantes trinitas. Amen.

Ad completorium.

Te lucis ~~ordo~~ ante terminum rerum creator poscimus ut solita clementia sis presul ad custodiam. Procul recedant somnia et noctium fantasmata hostemque nostrum comprime ne polluantur corpora. Gloria patri piissime.

In festis dominicis et diebus festivis ad completorium ympnus Criste qui lux es et dies etc. modo sequitur per adventum domini.